lebratur in dominica de qua fit
commemoratio. commemoratio dominice semper prece-
dit commemorationem alterius continu-
as futurisque vesperis. et in
matutinis et missa. In con-
versione sancti pauli apostoli. Introitus.
Scio cui credidi et certus sum.
quia potens est depositum meum
servare in illum diem. Ps. Domine proba-
sti me et cognovisti me. tu cognovisti
sessionem meam et resurrectionem meam. V. Gloria.
Deus qui Oratio.
universum mundum
beati pauli apostoli
predicatione docui-
sti: da nobis quesumus. ut qui eius
hodie conversionem colimus. per
eius ad te exempla gradiamur. Per.
Sacerdotum est quandocumque celebrat
festum de sancto paulo. fit commemoratio de sancto
Deus qui beato petro. petro. oratio.
apostolo tuo. collatis cla-
vibus regni celestis. animas
ligandi atque solvendi ponti-
ficium tradidisti. concede ut
intercessionis eius auxilio a
peccatorum nostrorum nexibus liberemur.
Qui vivis. Similiter quando fit fe-
stum de sancto petro. fit commemoratio de sancto
paulo. oratio. Deus qui multitu-
dinem gentium. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Saulus ad-
huc spirans minarum et cedis
in discipulos domini accessit
ad principem sacerdotum. et petiit
ab eo epistolas in damascum ad
synagogas. ut si quos inve-
nisset huius vie viros ac mu-
lieres. vinctos perduceret in ierusalem.
Et cum iter faceret. contigit ut
appropinquaret damasco.
Et subito circumfulsit eum lux
de celo. et cadens in terram. au-
divit vocem de celo. dicentem
sibi. Saule Saule. quid me
persequeris. Qui dixit. Quis
es domine. Et ille. Ego sum
ihesus nazarenus. quem tu persequeris.
Durum est tibi contra stimulum
calcitrare. Et tremens ac
stupens dixit. Domine quid me vis
facere. Et dominus ad eum. Surge.
et ingredere civitatem: et dicetur
tibi quid te oporteat facere. Viri
autem illi qui comitabantur cum
eo. stabant stupefacti: audien-
tes quidem vocem: neminem autem
videntes. Surrexit autem saulus
de terra. apertisque oculis nichil
videbat. Ad manus autem illum
trahentes. introduxerunt dama-
scum. Et erat ibi tribus diebus